

18

# THEMA APOLLINEVM.

De Spiritu Sancto Paracleto; ab Æter-  
no Patre rerum omnium Conditore, & Increati  
Verbi Mysterio, Humani generis Salvatore,  
ineffabiliter procedente.

Quod.

*GENERALIS AC MAGNI-*  
fico Domino Dn: PAULO à CHIAPLIN  
*Chiaplinskij, Arcis Lublioviensis, & Tredecim Oppido-*  
*rum Scepusiensium, Vice-Capitaneo meritissimo:*

Nec non...

Singulari Humanitate, absoluta Eruditione, atq; rara inte-  
gritate Conspicuis Viris, Dominis Dnn: Judi-  
cibus, & Senatoribus.

Reipublicæ { Kestmarcensis,  
Podoliczensis, &  
Lubloviensis.

Dominis Mecœnatib⁹, Evergetis & Fautorib⁹  
suis æternum colendis. In animi grati Symbolum,  
& optatæ benevolentia contestandæ favorem,  
obtulit, dedicavit, & consecravit,

STEPHANUS RUTHKAY, Sac: Cæsi & Reg: Majestat:  
Cameræ Scepusiensis Juratus Notarius.  
Anno Domini 1639.

8  
In Poëtas quod confertur,  
haud perditur.

---

Si dederis docto quod carmine poscitur, illud  
Quod dabis haud perdes, sed magis ipse feret.



Proæmium Authoris,  
De operis sui Instituto.

GENERO SO, CLARISSIMIS, & AMPLISSIMIS DOMINIS,  
(: quibus suprà:) Salutem à Domino, & omnem  
felicitatem P.

**S**i voluntatem erga Vos meam, pari scientia,  
scribendique otio adimplere possem, Generose,  
Prudentes ac Circumspecti Dn: Patroni, jam  
arduum aliquod Opus aggressus, ample volumine, vel pro-  
fundissima Sacrae Poeseos mysteria exposuisse. Sed dome-  
sticis meis, hisque necessariis negotiis incessanter, continuoque  
occupatus, sine magno rei familiaris meæ detimento, scri-  
bendi officio vacare non possum. Scribendum tamen est  
aliquid, ad vos tam beneficentissimos Patronos, quod vel  
egregiam laudem vestram contineat, insignemque forte do-  
ctrinam adferat. Sed ut laudare Dominationes vestras  
omnibus facile est, ita docere quam difficile. Nulli enim,  
nisi penitus elingui, in tanta Virtutum Vestiarum copia  
celebranda deesse posset Oratio, quarum splendor sermonis  
ubertatem facile tribuet scribenti. Docere autem Vestras  
Dn: eo difficilius est, cum tanta sit in Dominat: Vestris  
vitæ morumque integritas, ut quælibet sublimis doctrina sa-  
tis esse vix possit. Mihī itaque danda est venia, si non Do-  
minat:

vires meas, temporisq; indigentiam debitū munusculū ob-  
tulero, quod non tam laudi, quam honori vestro deserviet.

Accipite igitur benigno animo, exemplo Christi Sal-  
vatoris (qui illius pauperculæ viduæ, munusculum offeren-  
tis, tot Principum pretiosis muneribus prætulit, quæ sibi  
unico quadratè immortalem hæreditatem comparavit )  
hoc exiguum de Spiritu Sancto, ligato Stylo compositum  
munusculum, tanquam humillimum gratitudinis &  
servantiae meæ erga vos argumentum; meq; solita benevo-  
lentia vestra promovere, de meliori nota commendare,  
contraq; malevolorum insultum ( quorum infinitus est  
numerus, ) defendere ac propugnare dignemini.

Tertia Veneranda Divinitatis persona Deus Spi-  
ritus Sanctus, ex Patre & Filio procedens, Consolator affli-  
ctorum suavissimus, Doctor veritatis certissimus, Advo-  
catus piorum fidelissimus, facundissimus, Castigator im-  
piorum severissimus, Dator bonorum, & donorum salu-  
tarium liberalissim⁹, Vos florentes ad gloriam suam, Reiq;  
publicæ felicem gubernationem, quam diutissime, sub aliis  
infinitæ potentie sue incolumes conservet, & ad Cœlestis  
Imperij felicitatem perducat, Amen. Cassovia, die 5. Ju-  
niij, M. DC. XXXIX.

Generosæ ac Magnificæ,  
Prudent: ac Circumsp:  
Dn: Vestrarum,

Servitor deditissimus,

STEPHANUS RUTHKAY.

# Elegia.

## De Divinis Spiritus Sancti Attributis.



Mplet Apostolicum non saltem flama Senatum  
Pneumatis : haec vatum regula prima fuit.  
Facta Prophetarum videoas laudata piorum,  
Nobilis aura Poli, nobile fecit opus.  
Hac duce fatidicus reserat secreta Josephus,  
Enumerat miseras praescia flamma vices.  
Fecerat Amranides duce Pneumate mira Canopo,  
Aura Duce mire fudit in amne freti.  
Manoades rigidos domuit perscepè Phylistas,  
Causa fuit tanti flatus ab axe boni.  
Hoc duce Verpæus tenuit Rex optimus Aulam,  
Hoc abeunte homines præda Acherontis erunt.  
Hac etiam Daniel, (vatum celeberrimus) aura,  
Regibus invulgat, cœlica fata, vices.  
Hac duce defunctos tumulo revocavit Elias,  
Hic tibi pacates ignis adussit opes.  
Thesbiadis vates spiramine plenus Eliza,  
Jordaneas solâ veste resolvit aquas.  
Filius ipse Jovis, mihi quo non fortior alter,  
Expulit Eumenium pollicis arte ducem.  
Ausा Sacri ne commemorem Spiraminis : hoccè  
Versatum mulctat claviger igne Virūm.  
Spiritus iste fovet genus, ô res mira ! creatum,  
Altitonans verbo quod tulit antè suo.  
Mitigat ultrices haec cœli flamma procellas,  
Una salutiferum promovet aura genus.  
Illa regit donis animos, haec pectora mulcit,  
Cœlica magnanimos efficit aura Duces.  
Manat ab hacce Fides, constantia rebus in arctis,  
Aura levat mœstos haec, mihi crede, viros.

Collectum firmâ spe, pietate, tenet.  
Spiritus hic Sanctus, præbet sua munera Sanctis,  
Concitat æternum corde fovere decus.  
Spiritus humano parat hic in corde theatrum,  
Efficit ut summi sint in amore Jovis.  
Spiritus hic almus, doctrinæ semina puræ  
Exerit, æthereum dat resonare Patrem.  
Hoc sine friget opus sacro duce, cuncta geruntur,  
Adverso (faveat nî sacra flamma) noto.  
Ergò cum tantò cumulet te fonte bonorum,  
Ô genus humanum Spiritus iste Sacer,  
Hic tibi perpetuò sit purâ mente colendus,  
Cor, mentem, corpus, nam regit ille tuum.  
Numen ut est verum, veri sic Numinis instar  
Hunc cole, fer supplex supplice corde preces;  
Ô Deus! ô Patris veniens de pectore flamma,  
Sumito anhelantes, voce sonante preces,  
Exaudi: & nostris ne occludas fletibus aures,  
Antè tuum veniant fac mea vota thronum.  
Cœlicus es DoctoR, Sophiæ tu confer Amomum,  
Præbyteris cunctis qui tua facta cluent.  
Pectoris es Rector, Reges rege, flecte, gubernas,  
Justitiæ ut recto tramite cuncta fluant.  
Pacis amator ades, da pacis Jura, flagellum  
Te duce Bellonæ cedat ab Orbe procul.  
Conciliator ades thalami sine lite jugalis,  
Omnigenas odij fac superare vices.  
Flamma Poli cernens Boreæ squallore soluta,  
Membra hominum cunctis pharmaca præbe Polo.  
Aureus imber ades, sceleris fervore perustum,  
Corpus: rore tuo Spiritus alme riga.  
Lux es, ô mentem demptâ caligine lustra,  
A' Sacris tenebras tolle, resolve, foci.

Qui

Qui paracletus ades, vicibus solamen in arctis,  
Suggere, da tristes exuperare moras.  
Cœlicus es flatus, superas innœte medullas,  
Ardeat æthereis mens pia quæq; bonis.

*Sequens Carmen Heroicum  
de Spiritu Sancto.*

**E**NNabathea mihi rutilum Tithonia Sydus  
Membris Orbe levat, Christus quo prora Salutis,  
De nece vitales rurum revocatus ad auras,  
Zodiaco cum quinq; aem patefecerat Orbis  
Cynthius, & totidem Coe dimoverat umbras  
Pneuma, sacrum sociis rutilo ac sit Olympo  
Murmure, cum placido, flammantis in fine linguae.

Halitus iste sacrum variâ virtute Senat.

Quam subitò levat? ac animi perfundit honore:  
Antea qui traxerè freti de gurgite pisces,  
Indociles, iam Sacra sonant præcepta per Urbes:  
Qui latuerè gravi quondam formidine tacti,  
Intrepidi lustrant Proceres, prælustria, turres,  
Insono Christum resonant sermone Magistrum.

Tanta sacri virtus Spiraminis, unicus omnes  
Magnanimos reddit subitò sermone loquaces.

A Phœbo Phœbe lumen capit, haut aliter mens.

Flamine Terrigenum Sacro radiata refulget.

Hinc meritò patulum pia gens diffusa per Orbem,  
Tanta sacri celebrat Clariâ monumenta Camœna,  
Flaminis, his sese vicibus solatur in arctis.

Ô decus, ô hospes, Supremi flamma favoris  
Spiritus, æternum retinens per secula Numen.

Qui neq; Principium cernis: neq; meta sit ulla,  
E Patrio, Nati veniens sacra pectore flamma.

Nunc tacitos afflato piis, rogo, sensibus ignes

Christi-

Christicolis, ô Aura tuis innecte medullas,  
Pacis ut optatæ placido rapiantur amore.  
Et quia Dux Stygius quò non mortalia cogit,  
Per varias diversâ rotat sententia, mentes,  
Nos inter vigeat fidei Concordia verbi,  
Unicus insidet sensus, sint Jura Minervæ  
Una Sacræ, te grex maneat radiante pusillus,  
In probitate; fide, formidine, lege, decore;  
Flamma potens, Deus omnipotens, ô Spiritus alma  
Corda fové, renova, radia, rege, flecte, tuere.



#### AD LECTOREM.

*Tu, quicunque es Lector, nunc felicissime  
vale, reminerisq; cum hæc nostra lege-  
ris, Quia nihil scire, felicissi-  
ma vita.*



Leutschoviæ Typis Laurentij Breveri.